



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv**

**More, Henry**

**Avdomari, 1660**

Breue Urbani VIII. super ea re. ibidem

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38320**

prospiceret abiectâ fortunarum nimia curâ, & abrupto commercio illicito Hæreticorum; morbus illum occupat extremus; Sacerdotè aduocatum humanissimè excipit; multa sub vesperam de Religione pertractant; ingeminat Sacerdos Confessionem; periculum explicat dilationis; sed furdo canit, dum vitam in craftinum sperat: Is vero qui multoties craftinum concesserat Deus, nunc cum maximè fuerat necessarium, Craftinum eripuit; dum enim de sella se componit ad lectum, repente prolabitur & expirat. Paria & alijs annis & alibi frequentissima acciderunt, sed neque omnia commemoranda sunt, neque similia semper: Quoniam vero huiusmodi leueritate parcè vtitur Deus si eam cum misericordi longanimitate conferas, & expectat plerumque renitentes patienter, hæc ipsa frequentius quam optandum esset eueniunt, aeterno extrahentium tempus præiudicio, exiguo viuientium suâ ipsorum culpâ emolumento.

IX Fuit & altera sub idem tempus in Inula perturbatio, quæ grauius animis Catholicorum quam fortunis incubuit, quanquam & has in discrimen adduci necesse erat. *Richardus Smithæus* (dictus Chalcedonenſis Episcopus, instructus à sede Apostolica facultatibus Ordinariorum, harum vi potestatem omnem ordinariam per Angliam arrogabat: cumque ad speciem constituendæ Hierarchiæ cuiusdam Ecclesiasticæ nominasset Archidiaconos, & Decanos rurales, & ad similia officia alios, ad se reuocare instituit vltimas defunctorum voluntates examinandas probandisque, tum Regularium potestatem ab eadem Apostolica sede acceptam conabatur infringere, dubitationem iniiciens an valerent Confessiones factæ ijs qui ab ipso nominati in Chalcedonenſi Canonica approbatione non haberent, quandoquidem ex sententia Tridentini Concilij, nemo Confessionibus excipiendis immiscere se debeat qui non sit ab Ordinarijs approbatus; denique isthinc struebat viam ad parochialia (vt vocant) Sacramenta (vltimæ Communionis & Vnctionis atque matrimonij) sibi ac Sacerdotibus secularibus tanquam propriè Parochis referuanda. Concitauit enimvero ea vox omnes omnium ordinum gradus, quando ad quotidiana ab hæreticis grauamina, nouâ hæc atque ab occasu Religionis inauditâ restrictione accedente, & animis libertas adimebatur nè quorum vellent opera vterentur in extremis, & possessionibus periculum quàm antea maius creabatur, cum plures admittendi essent Sacerdotes, vbi vni sine summo fortunarum ac vitæ quandoque discrimine aditus dari vix posset. Agitata est controuersia hæc aliquot annis, editis in vtramque partem libris scriptisque varijs, donec *Vrbanus Octauus* Pontifex quieti animorum consulens atque auctoritati suæ, pro Regularibus pronuntiauit dato Romæ Rescripto sub annulo Piscatoris nono Maij Anni millesimi Sexcentissimi trigessimi primi, octauo Pontificatus, sub hac inscriptione, Venerabili fratri *Richardo* Episcopo Chalcedonenſi, & dilectis filijs Presbyteris & Clero tam Regulari quam seculari, omniq; populo Catholico Angliæ. Ex quæ hæc decerpisse sufficiet.

Perturbatio à Clero exorta.

Breue Vrbanus 8. su per care.

Britannia non minus cœlestibus  
M m m auxilijs



1626.

auxiliis custodita, quam maritimis circumdata fluctibus, iucundum quondam spectaculum præbuit oculis Pontificiæ sollicitudinis: Crux enim Caluarij feliciter quam gladius Capitolij in nobilissimo isto regno triumphauit. Lætificabat planè Ecclesiam natio regnatricis oceani quæ à cætero deuicti orbis famulatu in Insulam istam quasi in libertatis Arcem segregata dum Cæsarum fulmina parui faceret, coluit tonitrua Apostolorum. Decor Libani, & gloria Carmeli floruit in Britannia senticetis. Quinimo isthic tum è Regia, tum è populo, Christus Sanctorum principatum tenens selegit viros quos in Sacro Altaris folio generi humano proponeret venerandos. Nunc autem conuertere isthuc oculos non possumus nisi lachrymantes: Naufragauit Religio in portu, peccauit Adam in paradiso, è Palatio in Carcerem Sanctitas depulsa cogitur in Patria viuere perinde ac in exilio. Omnino terra fructifera uersa est in saluginem à malitia habitantium in ea: Non tamen tantum licuit læuienti Inferno quin è venenatis pascuis exugere possemus manna consolationis. Dominus ex urbibus fugatus regnauit in cordibus uestris, atque in uobis uirtus enituit usque adeò aduersus potentium minas, & cruciatus carnificum inuicta, ut cogitans Conscientiæ triumphatricis sublimitatem, & Cœlestium diadematam spem, dicere uobis potuerit Apostolus, *Superabundo gaudio in omni tribulatione uestra*. O decus Ecclesiæ! O trophæum Religionis! Non gladius, non persecutio, non angustia separauit uos à caritate Christi, & ab obsequio Pontificis. Horuerunt hostes constantiam uestram, & qui Religionem auerfabantur admirati uirtutem, fateri identidem coacti sunt Catholicos Anglos non homines uideri mulieribus natos, sed Angelos in humanis corporibus hospitantes. Porro autem ubi laqueum & gladium minitabatur carnificina Satanæ, Deus ipse, Christus ipse, Deus exercituum, attollens cruciatum potius quam coronatum sentibus Caput cum sceptro Crucis, uictoriam Britanno Cæsari prætendens, descendit uobiscum in foueam terroris, & in uinculis non dereliquit milites diabolicæ crudelitatis contemptores, & proprio cruore purpuratos. Quinimo, cum tanquam purgamenta huius mundi despiceremini, uoluit uos fieri ornamenta Cœli, conuertens uincula in monilia, conuersans gladios satellitum in coronas Angelorum, tingens intersectorum sanguine ostrum æternitatis. Etenim pati nunquam potuit infernus crudelitatem potentiæ uobis fieri exercitationem fortitudinis, & materiam triumphorum. Quare uitijs potius quam calamitatibus oppugnamdam esse in Catholicis Anglis decreuit appetentem pœnarum Sanctimoniam. Heu nos miseros! neque diabolo impij conatus frustra fuerunt: potuit ille aliquando diffidia serere inter uos, enitens ut qui Christi bonus odor esse debetis, uideremini putrescentia Ecclesiæ cadauera persequentibus uos. Quare multos iam pridem contra Archipresbyteri ditionem in partes traxit, atque etiam sapientiæ studijs abusus est ad conficienda pabula discordiæ. Nunc autem cum tam præclara Christiani gregis pars Episcopali Sacerdotio non careat audimus diuidia, & scilicet esse inter uos, & supra quam dici potest



test dolemus. Prospicimus enim, ea remedia, daemone adnitente, conuerti ad perniciem quæ parata fuerant ad salutem &c. Omnes igitur & singulas controuersias inter Chalcedonenſe Episcopuâ & Regulares Sacerdotes Miſſionarios & Catholicos laicos Angliæ quocunq; titulo aut prætextu exortas, motas aut agitatas sedari volumus, ſupprimi, & extingui, ſicut per præſentes litteras ſedamus, ſupprimimus & extinguiamus; earum vero omnium, tum etiã illarum quæ ex noſtrarũ literarum interpretatione germinare poſſunt, cognitionem & iudicium, ad Apoſtolicam auctoritatem pertinere volumus & decernimus. &c. Ne autem ambigentis Conſcientiæ fluctibus iactentur, & cæcæ ſuſpicionis tormento vexentur iudicia fidelium, declaramus Confeſſiones à Regularibus Sacerdotibus hætenus auditas validas fuiſſe, & in poſterum fore. Cum enim eas auctoritate Apoſtolica exceperint, excepturique ſint, Ordinaria facultas vel Approbatio eis nec eſt nec futura eſt neceſſaria. Porro autem ſinguli Miſſionarij ſuis Facultatibus ac Priuilegijs vtentur eadem ratione & auctoritate quibus ante has controuersias & temporibus felicis recordationis Gregorij 13. & Pauli 5. gauiſi ſunt. Locupletioſiorem autẽ horum omniũ explicationem, ſi qua in diſceptationem vocabitur, iubemus à Nobis & ab Apoſtolica ſede expectari.

X. Hæc Pontifex *Vrbanus* ſapienter prouidit ad quietum Religionis curſum in Anglia retinendum; Ad ſempiternam interea quietem eſſe ſocijs complures varijs ſibi ſanctiſq; modis muniuerunt viam. *Ioannes Laytonus* Patria Derbienſis, omnium ſtudiorum conſecto curriculo Sacerdos, ætatis anno trigelimo octauo, locietatis duodecimo, quatuor votorũ profeſſione propediem firmandus, terrenam cæleſti patriâ, optione plurimorum citius, commutauit; vir in vmbra pius, in ſole & acie ſtrenuus, qui tranquillitate temporũ vltus de ſuperiore loco perorans complebat frequenter (templorum quibus excludimur vice) horrea, dum vicini Pſeudoverbiminiftri quererentur, ſe parietibus cogi dicere, populo ad Catholicum oratorem diſſuente; ſed non tam crepra illi vita quam donata mors videri potuit, nè in eam inclinationem temporum incideret quæ omnem illam ſpem meſſis in ipſo quaſi flore præcidit. Illa enim quæ intermiſſa tractatione matrimonij cum Rege Catholico coorta eſt tempeſtas eò licentius in eam regionem atque importunius deſæuijt quò maior fuerat in auita religione defendenda & propaganda libertas.

Breuiori itinere ad ſuperos euolauit *Simon Ruſſellus* Staffordienſis: Finitis enim in Tyrocinio probationibus miſſus Leodium ad ſtudia, ex modica ægritudine in lentam prolapsus tabe poſt duos meſes ſublatus eſt. Vbi intellexit deploratam iam eſſe valetudinem nulli præterquã de deo illi fuere grati ſermones; frequenter vocibus huiusmodi & ſe & attantes inflammabat "Eia eamus; ſubuolemus in cælum; quando demũ ſeruatore meo *Ieſu* fruiri licebit" atque exemplo inſolito à Confeſſario primùm, tum à Rectore poſtulauit imponi ſibi præceptum moriendi;

M m m 2

1676.

1627.

-1676  
-1627Ex noſtris  
plures  
mortui  
Ioannes  
Laytonus;Simon  
Ruſſellus;-1676  
-1627